



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 12. Prophetia S. Joannis Ægyptiaci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. sius sit, versus compingere, quam oratio.
A. C. 388.

Greg. Presb. finem proposuerat, ut Poeseos, & Musi-
cæ cultoribus materiam utilem, quaoc-
cuparentur, subministraret, & Gentil-

Or. 51. in fin. lium superbiam deprimeret, credentium,
sibi solis ad Musas amoeniores aditum
patere. Alia quoque suberat causa; ut
carminibus Apollinaris alia magis utilia,
& pia substitueret, quam ipse Gregorius
alicubi indicat. Hoc modo S. Grego-
rius Nazianzenus secessus sui otio frueba-
tur, atque in senectute ultima bono fine
quievit. Donum miraculorum habuisse,
ipse fateri videtur, dum dicit, fuisse, qui
auxilium ejus in morbis flagitassent, se-
que non nunquam Dæmones e corpori-
bus sola JESU Christi nominis pronun-
tiatione ejecisse. Obiit nonagenario ma-
jor, anno Imperatoris Theodosii decimo
tertio, id est, JESU Christi 391. Ecclesia
Græca ejus memoriam vigesima quinta
Jan. & Ecclesia Latina nona Maji celebrat.

carm. 60.
p. 140.

carm. 61. p.
142. Suid.
Greg. V.
Pagi. an.
389. n. 4.

Pall. Laus.
c. 43. Caff.
IV. hist. c. 24.

§. XII.

Prophetia S. Joannis Aegyptiaci.

Dum Imperator Theodosius bellum in
Maximum adornat, misit, qui cele-
brem Anachoretam S. Joannem Agy-
ptium, in superiore Thebaide prope ur-
bem Lycum habitantem, consulerent. Is
a puero artem tignariam didicerat, ha-
beat-

bebatque fratrem tinctoriæ peritum. Sæculum IV.
 Annos natus viginti quinque, mundo va- A. C. 388.
 ledixit, & cuidam Seni instituendum se
 dedit, qui jubens eum ligna arida irriga-
 re, aliaque ejusmodi, ad obedientiam 31. *vit. Patr.*
cœcam formabat. Annos quinque in c. 1.
 Monasterio vixit, inde solus, consenso
 montis vertiee, in cavernam petræ, quæ
 difficillime adiri poterat, secessit. Ibi
 tres cellulas excidit, unam ad curandum
 corpus, alteram ad laborandum, & ter-
 tiam ad peragendam orationem. Illic
 annum agens quadragesimum se inclusit,
 annisque triginta continuis nullum ho-
 minem conspexit, per fenestram quæ
 sibi erant necessaria accipiens. Hoc tem-
 pore elapsò, nempe septuagenarius do-
 no Prophetiæ, & curationum a cælo
 prædictus est. Cum Æthyopes in The-
 baidem irrupissent; ille cui mandatum
 erat cum copiis occurrere, & prædones
 profligare, ad Joannem veniens, consi-
 lium expetebat; timebat enim cum Æ-
 thyopibus manus conserere, quod vires
 suas multo inferiores sciret. Joannes
 ad eum: *Si illa die in eos moveris, hostes
 occupabis, & vinces; magnamque nomi-
 nis famam apud Imperatores tibi paries.*
 Res, ut prædixerat, evenit. Neminem
 in cellam admittebat, sed per fenestram
 venientibus colloquebatur. Nunquam
 fœminas, viros autem statutis tantum

Kk k s tem-

Sæculum IV. temporibus, & raro conspiciebat. Ho.
A. C. 386. spitium ædificari, iis, qui ad se ex Regionibus remotis adveniebant, non abnuit.
Aug. de cura Cujusdam Tribuni uxori, quæ virum vi-
pro mort. dendi summo tenebatur desiderio, in
 somno apparuit. Cujusdam Senatoris
 uxori per oleum benedictum, quo tres
 continuos dies oculos illinivit, visum re-
 stituit. Ita quippe misso oleo ægrotos
 curabat, nec eos ad se adduci patieba-
 tur, ut ostentationis speciem vitaret.
 Sæpius, an copiosius, vel parcus aquas
 in agros effusurus esset Nilus, prædictit,
 ex quo soli fertilitas in Ægypto depen-
 det. Hunc igitur S. Anachoretam Impe-
 rator Theodosius de Belli contra Maxi-
 mum suscepit fortuna consuli jussit; re-
 spondit, victorem fore. Sæpe etiam incur-
 siones Barbarorum prævidit, & modum,
 quo repellendi essent, edocuit. Tandem
 Theodosium morte naturali solvendum
 prædictit.

§. XIII.

Maximi Clades, & exitus.

Chron. Cod. Theodosius Imperator Thessalonica in
Theod. Zos. Pannoniam velociter agmen movit,
t. 4. p. 770. & duobus præcliis Maximi copias, suis
Pacat. pa- numero superiores, devicit. Alpes ne-
neg. c. 34. 35. mine obstante transgressus, Maximum
&c. c. 43. *Prosp. Chro.* Aquilejæ capit, urbemque sibi patentem
an. 389. intrat. Maximus a suis proditus, pura